

TOMAS TELLO

Los Maestros , 8, 3º  
06800 M E R I D A  
España

5-2-1991

Herr EBERHARD HELLER  
MÜNCHEN


Domine,  
En aliquot articulos circa quaestionem de Papa eligendo, quos abhinc multos menses scripsi quosque ad Moderatorem ephemeridis argentinae R O M A, suo tempore, misi. Hoc feci, primum, quia vellem ut circulus huius thematis amplificetur ad rem disputandam et ad consensum obtinendum, si Deo iuvante fieri possit; secundo, quia vellem seu mallem ut opus meum hispanice edatur.

Sed ut videtur Moderator ephemeridis ROMA, non vult edere articulos super hanc materiam; nullum enim responsum mihi dedit, et iam tres numeri praedictae ephemeridis apparuerunt et ne unus quidem ex meis articulis editus est.

Iuxta famam quae ad me pervenit, Moderator R O M A influxus patitur dominorum britanorum GWYNNE et JOHN LADY, qui ut tu bene nosti totis viribus opponuntur electioni Papae; insuper dominorum ZINS galli, et HOMERO JOHAS, brassiliensis, qui etiam opponuntur in adiunctis praesentibus electioni Papae.

Porpterea ad recursus habeo ut, si tibi bonum et utile ad causam nostrae pugnae pro Christi Ecclesia, edantur isti articuli mei, eo quod ipse iam abhinc aliquot annos, de hoc themate agere coepisti. Hunc scopum per alios prosequemur impigri et sine requie, usque ad finem, quia multa habeo dicere super hoc themate.

A te notitias exspecto. Vale.



P.D. Documenta haec, cum his litteris, ad te misi recommendata, sed remissa ad me fuerunt nuper signatam; ideo iterum remitto, haec vice sine recommendatione, si forte melius ad finem perveniant. Vale.

26-2-1991

